

BENEVOLO LE-
ctori S.

*Ne pagellæ istæ vacarent, in tui gratiam
illustrem Chrysofostomi locum, ex tomo
secundo de Lazaro, Concione I. ad-
scribendum duximus.*

Vtinam oratio nostra profectus ali-
quid afferat. Quod si post nostram
etiam admonitionem in ijsdem vi-
tijs perseverauerint, nec sic quidem nos desi-
stemus apud vos, quod rectum est consulere,
quando quidem & aquarû venæ, etiam si nul-
lus veniat aquatum, manant tamen & fontes,
quamuis hauriat nemo, tamen scatebras emit-
tunt, & amnes etiam si nemo bibat, nihilo se-
cius fluunt. Sic oportet & illum, qui concio-
natur, quamuis nullus auscultet, tamen præ-
stare quidquid in ipso situm est. Siquidem hæc
lex nobis, qui sacri sermonis administratio-
nem suscepimus, à Deo præscripta est, ne vn-
quam quod quidem in nobis fuerit, facere de-
fatigemur, nec vlllo tempore si leamus, siue sit
qui auscultet, siue sit qui prætercurrat negli-
gens, quod dicitur. Nam & Hieremias, cum
Iudæis multa minitans, malaq; imminencia
prædicens, ab audientibus subsannaretur, to-
roque